Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tant filie salphaat, da eis possessionem inter cognatos patris sui
& ei in hereditatem succedant. Ad filios autem israel loqueris hec. Ho
mo cum mortuus fuerit absq; filio, ad filiam eius transibit hereditas.
Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Qd si & fratres non fue
rint, dabitis hereditatem fratribus patris eius. Si autem nec patruos ha
buerit, dabit hereditas his qui ei proximi sunt, erittq; hoc filiis israel
sem lege perpetua. sicut preceptum dnis moysi. Dixit quoq; dnis ad mo
ysen. Ascende in montem istum abarim, & contemplare inde terram
quam daturus sum filiis israel. Cumq; uideris eam, ibis & tu ad populum tuum
sicut uiuit frater tuus aaron, qm offendistis me in deserto sin in contradic
tione multitudinis, nec sanificare me uoluistis coram ea super aquis.
Hee sunt aque contradictionis, in cades deserti sin. Cui respondit moy
ses. Prouideat dnis deus spiritum omnis carnis hominem qui sit super multi
tudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos & educere illos
ut introducere, ne sit populus dni sicut oues absq; pastore. Dixitq;
dnis ad eum. Tolle iosue filium nun uirum in quem est spiritus dei, & pone ma
num tuam super eum, qui stabit coram eleazaro sacerdote & omni multi
tudine, & dabis ei precepta cuncti uidentibus, & partem gloriae tue,
ut audiat eum omnis sinagoga filiorum israel. Pro hoc siqd agendum
erit, eleazar sacerdos consulet dnm. Ad uerbum eius egredietur &
ingredietur ipse & omnis filii israel cum eo & cetera multitudo fecit q;
moyses ut preceperat dnis. Cumq; tulisset iosue statuit eum coram ele
azaro sacerdote, & omni frequentia populi, et impositis capiti eius
manibus cuncta replicauit que mandauit dnis. Dixitq; dnis. Cxxviii.
ad moysen. Precipe filiis israel, & dices ad eos. Oblationem meam &
panes & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua. Hee est
sacrificia que offerre debent, agnos anniculos immaculatos
duos cotidie in holocaustum sempiternum. Unum offerent mane, &
alterum aduesperam. Decima parte oephi simile que conspersa sit
oleo purissimo, & habeat quartam partem hin pro agnos singulos
Holocaustum uigeni qd obtulisti in monte sinai in odorem suauissi